



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

De Accvsationibvs, Inqvisitionibvs, Et denunciationibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

DE COGNATIONE SPIRITVALL  
TITVLVS III  
CAP. I.

Inter baptizatum & leuantem filio, & uxorem leuantis ante carnaliter cognitam, & suscipientem & patrem & matrem suscipit, & similiter de baptizato spiritualem cognationem, h. d. n. ad 4. Ex confirmatione Dom.

Bonifacius VIII.

**N**edum a inter baptizatum & illum b qui eum suscepit de baptismo, ac inter eundem baptizatum & suscipientem filios & uxorem ante susceptionem carnaliter cognitam ab eodem: imo etiam inter suscipientem, patremque baptizati & matrem, cognationem spiritalem in baptismo contrahi iure constat: quae cognatio & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit post contractum. Et eadem quae de suscipiente sunt dicta, sunt de baptizante censenda.

Confirmatio frontis, inducit spirituales cognationem sicut baptismi. h. d. Dominicus.

Ex confirmatione quoque seu frontis chrismatione, spiritualis cognatio eisdem modis contrahitur: matrimonium similiter impediens contrahenda, & dirimens post contracta.

CAP. II.

Compaternitas per catechismum contracta, impedit matrimonium, si id dirimit. Ioan. An.

a Vide Conc. Trid. sess. 24. de refr. matr. c. 2. & B. Thom. in qu. additi. ad 3. part. q. 66. per totum: & Theol. cod. lib. 4. sent. dist. 42. b Procedit si ille est Christi. xxx. q. 1. c. 2. de cons. dist. 4. in baptizato. Ioan. An. in reg. ex. cod. 7. de reg.

Idem.

**P**er a catechismum, qui praecedit baptismum, sacramentorum fundamentum & ipsam religionem, cognatio spiritualis contrahitur: per quae contrahendum matrimonium impeditur. Vt ex praedictis Clementis Papa tertii decretali colligatur videtur dicendo enim, quod talis res via contrahendo matrimonium impedimentum afferret, velle videtur quod illam quod vix fit, fieri tamen dubium non erit: ut illam tamen cognationem matrimonium postea contractum minime separatur.

CAP. III.

Unus tantum intervenire debet in levatione frontis de frontis vel chrismatione frontis: tamen si plures interueniant, cognationem contrahunt spirituales. Et ex alia faciemus cognationem contrahitur. h. d. Dominicus.

Idem.

**Q**uamvis b non plures c, quam unus vel, vel una mulier accedere debeant ad suscipiendum de baptismo infantem, iuxta sacrorum canonum instituta: si tamen plures accesserint, spiritualis cognatio non contrahitur, matrimonia contrahenda impediens: ne etiam post contracta dissolvens. De confirmatione in super. quantum ad hoc, idem iudicium est habendum. In datione vero aliorum sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam contrahitur: quae matrimonium impediit vel dissolvit.

a Vide Theolog. scolasticos l. 4. sent. dist. 42. & Ioan. Thom. in quaff. additu ad 3. part. q. 11. art. 2. b Vide Conc. Trid. sess. 24. de refr. matr. c. 2. c Vide Lad. regum. l. 3. §. de regum.

F I N I S .



SEXTI DECRETALIVM  
LIBER QVINTVS.

DE ACCVSATIONIBVS, INQVIVISIONIBVS, ET  
denunciationibus.

TITVLVS PRIMVS.

CAPIT. I.

Ex confessione coram delegato inquirente super certis criminibus deputato facta puniri confitens, licet dicat se prius diffamatum non fuisse, vel inquisitionis capitula non habuisse. h. d. Dominicus.

Bonifacius VIII.

**Q**uoniam b coram eo, qui contra te super certis criminibus inquisitor fuerat deputatus, eadem crimina fuisse confessus, frustra confessionem tuam (quo min' puniaris ex ea, prout iustitia sua debet) eo prae-textu impugnare contendis, quod super eisdem criminibus non fueras antea dif-

famatus. Vel quod per eundem inquisitorem capitula super quibus contra te volebat inquirere, tibi acta non fuerunt.

CAP. II.

Valet inquisitio facta super veritate criminum omnium inquisitione infamia, si reus professus fuerit. h. d. secundum Ioan. An.

Idem.

**S**i is, cui contra te commissis fuerat simpliciter inquisitio super certis criminibus facienda; procedat

a De materia huius est. vide plenè per Hostien. in summa cod. tit. b Vide Perusinum in c. dilecto. de appellat. & Alex. conf. 52. lib. 3. & Felan. 1. de except.

DE HÆRETICIS.

TITVLVS II.

CAP. I.

Propter crimis hæresis clericum in quibusvisq. sacris ordinibus constitutum, siue sicut Episcopos degradare poterit. h. d. Domini.

Gregorius IX. Remen. Archiepiscopo, & suis suffraganeis.

Quoniam Episcoporum numerus ad degradationem clericorum à canonibus constitutus non potest de facili & conuenite: Concedimus, ut licet vel alium clericum in sacris ordinibus constitutum (cum pro hæresi fuerit curie seculari relinquentem, aut perpetuo immutandum) convocatis Abbatibus, & alijs praelatis & religiosis personis ac literatis iuxta diocesis, de quibus expedire videbitur, suis solus possit Episcopus degradare.

CAP. II.

Excommunicationem incurrit speliens scienter hæreticos, vel non repentes, defensores, vel fautores, nec absoluitur nisi exhibent eorum corpora, locum vero privatur sepultura, hoc dicit usque ad h. d. Domini.

Alexander IV.

Quicumque hæreticos, credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorum scienter presumptimè & ecclesiastica tradere sepulture, usque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se non erunt & subiacere. Nec absolutionis beneficium mereantur si nisi propriis manibus publicè exmulentur, & de proprio h. hujusmodi corpora damnatorum. Et hoc usque perpetua & careat sepultura.

Excommunicati debent laici publicè, vel occultè dissuantes de his h. d. Domini.

Inhibentis quoque ne cuiquam laicæ personæ liceat publicè, vel privatim de fide catholica disputare. Qui verò contempserit, excommunicationis laqueo innodetur.

Non valet promotio hæreticorum, seu credentium, fautorum, receptorum, & defensorum eorum, nec filiorum suorum usq. ad seculum generatim, ad beneficia ecclesiastica, vel officia publicè h. d. Domini.

Hæretici autem, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filii & usque ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum beneficium, seu officium publicè admittantur. Quod si fecerit actum fuerit decernimus irritum & inane.

Privati sine hæreticorum beneficiis ecclesiasticis ad preces hæreticorum, & subditi officium ad alia obtinenda, si scienter talia recipiant h. d. Domini.

Ad hæc quod unque viros ecclesiasticos, qui ad preces hujusmodi pensionum personarum dignitates, personarum, & quæcumque alia ecclesiastica beneficia sunt adepti: hoc nunc privamus taliter acquisitis: volentes, quod talia & habitis careant perpetuo, & si receperunt & illa habuerint, ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur.

Et qualiter probari debeat infamia atque, vide Remanensium, & Cardinalem causa. de test. b. Nota hic quod propter difficultatem relaxatur juris solennitas: ut habes c. superius de lib. ff. de ven. in poss. Font. c. Vide Theroconatum in sum. de eccl. iud. 4. part. 2. cap. 21. d. al. presumpserit. e. al. veretur. f. al. veretur. g. al. extorquet. h. al. primum. i. al. perpetuo. k. vide Consilium trac. de her. q. 21. & repetiturum in quibusvis filii. l. al. receperint.

Nulla est emancipatio filiorum vel solidorum per hæreticos, ja-  
da, etiam si postea verum detegatur. h. d. Domini.

Illorum autem filiorum emancipationem, quorum parentes post emancipationem eorum hujusmodi apparuerint ante ipsam à via veritatis ad hæreticæ superstitionis inivium declinasse, nullius volumus esse momenti, velut factam de hominibus sui juris: cum dignum sit, ut propter tantam atrocitatem delicti, filii esse in parentum hæreticorum deserint potestate.

CAP. III.

Filius vel hæresis petentium in infirmitate sua hæreticorum consolationem, non admittuntur ad probandum, quod non sana mente, vel perditâ loquela susceperint, si constet, quod erant sane mentis, vel si prius suspecti, vel diffamati erant de hæresi: alia admittuntur, si licet per testes fide dignos, non suspectos, hoc dicit. Domini.

Idem inquisitoribus hæreticæ pravitatis.

Illius, vel hæresis illorum, qui dum in aegritudinis le-  
cto decumberent, petierunt hæreticos consolatos, ut ab eis per manus impositionem consolationem reciperent secundum pessimam consuetudinem eorundem, si quæ viam fuerint univèrsæ carnis ingressi: ad probandum, quod ipsi defuncti consolationem illam, imò verius de-  
solationem non à sanæ mentis effecti susceperint, vel post perditam jam loquelam (cum tamen motis sit ut dicitur) apud eos, quod nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam, admitti non debent: si dum vivebant, diffamati erant de hæresi, vel suspecti, aut legitime confiteri, quod sanæ mentis existentes hujusmodi hæreticos petierunt. Alioquin admitti poterunt prædicti filii, vel hæreses ad probandum præmissa. Non tamen per uxores, filios, familiares, vel de suis aliquos, sed per testes alios fide dignos, & specialiter fidei zelatores.

CAP. IV.

Relapsi in hæresim sunt tradendi curie seculari, licet penitentia erit, & ad fidem redeant: non tamen detegatur eis sacramenta penitentia & eucharistia h. d. Domini.

Idem eisdem.

Super eo h. quod scriptum legitur, Ecclesia nulli claudit gremium redeunt: quodque ii, qui post abjurationem erroris, vel postquam se proprii antistitis examinatione purgaverint, si deprehensi fuerint in abjuratam hæresim recidisse, seculari decernuntur iudicio sine ulla penitus audientia relinquendi: cum scripturæ hujusmodi videantur sibi invicem adversari, quid tenendum sit per sedem edoceri Apostolicam postulastis. Nos itaque inquisitioni vestræ de statum nostrorum consilio respondemus, quod taliter deprehensis, etiam si (ut dictum est) sine ulla penitus audientia relinquendi sunt iudicio seculari: si tamen postmodum poenitent, & poenitentia signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sunt (humiliter petita) sacramenta poenitentia, ac eucharistia deneganda.

CAP. V.

Excommunicati, participes, & socii criminis, admittuntur in testes contra hæreticos, si sciunt verisimiliter veritatem deponere. h. d. Domini.

Idem eisdem.

In fidei favorem concedimus, ut in negotio inquisitionis hæreticæ pravitatis excommunicati & participes, vel socii criminis ad testimonium admittantur: Præsertim in probationum aliarum defectum, contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores & defensores eorum, si ex verisimilibus conjecturis, & ex numero testium, aut personarum (tam deponen-

a. Quod ex verbis & actibus probatur: ut not. in l. si cum de-  
tem. & in autem ff. sol. mar. c. hoc habet. q. 6. dist. 8. legemus 23. dist.  
b. Vide Zanoh. tract. de her. c. 16.